



Westfälische Stadtrechte

Unna

Münster, 1930

nr. 2 1290 Aug 12 Graf Eberhard I von der Mark verleiht den Bürgern von Unna, die vor der Stadt außerhalb der Mauern wohnen, dieselben Freiheiten und Rechte, wie sie die in der Stadt wohnenden ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70677)

villa Unnay⁴ et alias in terra nostra, sicut domini suis hominibus uti consueverunt, unter entsprechender Gegenverpflichtung des Erzbischofs.

Actum et datum apud Rulinchusen. 1278 feria quarta post octavas Penthecostes, videlicet in die beatorum Viti et Modesti.

Orig.: St. N. Düsseldorf (Kurköln nr. 269). — Druck: Westf. U. B. VII, 753 nr. 1648.

d) 1290 April 23.

Richardus rector ecclesie in Unha, . . iudex, . . consules ac universitas opidi ibidem beurfunden, daß Ludolf, Propst des Klosters Delinghausen, vor ihnen (constitutus coram nobis) eine Hufe zu Kesselhahren vom nächsten Margaretentag ab auf 12 Jahre an Theodericus dictus Rat verpachtet hat; für die Zahlung der Pachtabgaben ist mensura Unnensis maßgebend. Zeugen: Harlevus de Sunthoven, Theodericus de Vorste, Otbertus in foro, Henricus dictus Kopman, Gotfridus ante portam, Henricus iudex, Waltherus Engelpage.

Siegel: 1. S. Richardi de Asinda clerici (rund, im Sechspañ ein Habicht mit einer Taube in den Krallen), 2. Stadt Unna (= Westf. Siegel Taf. 73—1)⁵.

Orig.: St. N. Münster (St. Dlinghausen nr. 145). — Druck: Westf. U. B. VII 1016 nr. 2154.

2. — 1290 August 12.

Graf Eberhard I. von der Mark verleiht den Bürgern von Unna, die vor der Stadt außerhalb der Mauer⁶ wohnen, dieselben Freiheiten und Rechte, wie sie die in der Stadt wohnenden besitzen.

Original oder sonstige ältere Überlieferung nicht bekannt.. Druck: Steinen, II. 1293 angeblich nach Orig.

Everhardus, comes de Marca, omnibus, ad quos presens pervenerit, in perpetuum. Ne, que a nobis aguntur, per successores nostros irritari valeant, scriptis ea consuevimus commendare. Sciant (!) igitur volumus (!) presentium inspectores presentes et posterius, quod ad nos venientes dilecti cives nostri Unha extra oppidum trans murum morantes supplicaverunt nobis, quod eisdem ibi extra morantibus simili et eodem jure concedamus uti et gratiam (!), quibus ceteri infra oppidum dictum utuntur. Nos igitur attendentes, quod petitionibus rationem habentibus nichil debeat difficultatis afferri, considerantes et, quod et hy sicut et illi ad onera nostra portanda et paria nobis tenentur dare jura, petitioni ipsorum rationabili condescendimus, dantes eisdem, ut petiverunt, quod scilicet extra

⁴ In der gleichen Urkunde wird vorher die Schleifung der Befestigungen der oppida Loen, Kamen und Lüdenscheid vereinbart.

⁵ Das Siegel der Stadt scheint ohne besondere Ankündigung für den Richter gleichzeitig zu gelten.

⁶ In einer Urkunde v. 1290 April 23 (f. o. nr 1 d) ist unter den Zeugen ein Gotfridus ante portam genannt.

morantes cum infra morantibus tantam pari gratiam gaudere debeant et eodem jure potiri. Unde, ne possit in posterum oriri questio, huius sue gratie nostreque donationis querentes inditium dedimus super hoc ipsis presens scriptum in testimonium sigilli nostri appensione confirmatum.

Datum Unha, sabbato ante assumptionem beate Virginis anno Domini 1290.

3. — 1303 April 20.

Erklärung der Stadt Unna, daß ihr vom Stift Essen eine Weide beim Hofe Brockhausen unter bestimmten Bedingungen verkauft worden ist.

Abschrift des 17. Jh. in der Kindlinger'schen Sammlung im St. A. Münster (Mfr. II 119 p. 119), von Kindl. anscheinend mit dem Original kollationiert. — Erwähnt: Matthias „Der Essener Oberhof Brockhausen“ Münst. Philol. Diss. 1910 S. 54 Anm. 1 mit ungenauer Angabe.

In nomine domini amen. Universis in perpetuum presentes literas visuris vel audituris . . consules ac universitas opidanorum in Unna salutem et veritatis cognitionem. Quoniam gestarum series rerum fedo oblivionis plerumque contegitur velamine et calumpniam patitur, nisi posteriorum recommendetur memorie lucido et authentico scriptorum exemplo perhenniter retinenda, notum igitur facimus et tenore presentium publice protestamur, quod venerabilis domina . . abbatissa et . . capitulum secularis ecclesie Assindensis ob dilectionem ac favorem et ad petitionem illustris viri domini Everhardi comitis de Marcka, domini nostri, bona seu terras inferius notatas ecclesie eidem et ad curtem eius in Bröchhusen pertinentes, scilicet partem terre dicte Buckeslo⁷ prope dictam curtem in Bröchhusen site, quantum ad limites nobis demonstratos et signatos, et campum incultum, qui de molendino dicto Bovenmüle⁸ et de rivo ibidem ac de ponte dicto Scharbrugge versus occidentem usque ad vias publicas et ad agros fertiles circumiacentes protenditur, certis terminis et limitibus ab aquilanari latere campi eiusdem demonstratis similiter et signatis, nobis ad perpetuum usum pascue pro centum marcis bonorum Monasteriensium denariorum legitime vendiderunt sub pactis et condicionibus infrascriptis, videlicet quod nos et dicta curtis et tota villa in Brochusen necnon et tres curtes in novalibus ipsius ecclesie iuxta dictum campum adhuc construende pascuis ipsis communiter et equaliter utemur nec ipsa terra et campus memoratus ad aliquos usus seminarios excolentur nec in ius pascue vel prata specialia fient nec aliqua ibidem habitacula erigentur, pascuis etiam, que a dicta ecclesia concessa fuerint, huiusmodi tribus curtibus con-

⁷ Östl. von Brockhausen, dem heutigen Königsborn, und Schulte Brockhausen.

⁸ Bovingmühle in Brockhausen.